Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo
recessit. et abiens laqueo se suspendit. Principes
autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt.
Non licet eos mittere in conbonam quia pretium
sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.
Propter hoc uocatus est ager ille acheldemach hoc est
ager sanguinis usque in hodiernum diem Tunc im
pletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem
Et acceperunt triginta argenteos pretium appecia
ti quem appeciauerunt a filiis israel. et dederunt
eos in agrum figuli sicut constituit mihi dominus.
Jesus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum
preses dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit illi iesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum
et senioribus nichil respondit. Dicit illi pylatus. Non
audis quanta ad uersum te dicunt testimonia. Et non
respondit ei ad ullum uerbum. ita ut mirareturpreses uehementer. Per diem autem sollempnem solue
bat preses dimittere populo unum uinctum quem
uoluissent. Habebat autem uinctum insignem qui
dicebatur barrabas. Congregatisque ergo illis
dixit pylatus. Quem uultis dimittam uobis
barraban an iesum qui dicitur xpc. Sciebat enim